



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 68. Joannis Arborei obitus, ejusdem opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. LXVIII.

*Joannis Arborei obitus, ejusque  
opera.*

Dupin. Bibl.  
des Aut. Ec-  
cles. tom. 16.  
edit. Hol-  
land. p. 40.

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc an-  
no vita functis nullum reperio præ-  
ter Joannem Arboreum, cuius tamen  
obitus epocha adhucdum incerta est,  
cum nullum aliud de ejus fato superest  
testimonium præter quamdam Missam,  
quæ quotannis prima Julii die ad ani-  
mæ suæ requiem in Sorbonna celebra-  
tur. Natus is erat Lauduni in Picar-  
dia, Sorbonnici Collegii Doctor, atque  
ex ingenii ejus monumentis ad po-  
steros transmissis exstat Theologia, in  
qua plures graviores quæstiones circa  
sacræ Scripturæ textus, & Theologica  
dogmata ad diversos titulos revocavit,  
atque ad cuiuslibet capitï initium quæ-  
stionem, quam probare aggreditur,  
præmisit, postea vero Græcorum, & La-  
tinorum Patrum huic propositioni fa-  
ventium testimonia protulit, atque o-  
pus suum divisit in novemdecim li-  
bros, qui in duobus majoris formæ vo-  
luminibus Anno Domini millesimo quin-  
gentesimo quadragesimo Parisinis lite-  
ris excusi prodierunt: insuper eluci-  
brabat Commentarios in Ecclesiastem,  
Cantica Canticorum, Proverbia, qua-  
tuor Evangelia, & epistolas Divi Pauli,

quæ



quæ omnia variis temporibus edita Sæcul.XVI.  
fuere, ubi Textus sua paraphrasi dilu- A.C.1562.  
cidavit, ac plures Theologicas æque,  
ac dogmaticas quæstiones discussit, plu-  
ribusque in locis textum græcum Vul-  
gatæ præposuit. Edidit quoque ex-  
hortationem ad pœnitentiam, confiten-  
di Methodum, necnon alia opuscula A-  
scetica.

## §. LXIX.

*Petri Martyris hæretici interitus.*

Hoc item anno Hæretici præcipuum Thuan.l.34.  
suæ nequitiae fulcrum amisere, <sup>hoc ann.</sup>  
dum Orbis expurgatus est morte Petri Spond. hoc  
Vermilii vulgo Martyr, dicti, qui Flo- ann.n.55.  
rentiae die octava Septembris Anno sa- Flor. Kæ-  
lutis nostræ millesimo quingentesimo mond. de o-  
natus, cum adhuc ætate juvenis esset, l. 3. c. 5. rig. hæres.

Institutum Canonicorum Regularium  
S. Augustini amplexus in Monasterio  
Fesulano sese solemni sponsione Deo di-  
cabat, percursoque Patavii Philoso-  
phiæ curriculo primum linguae Græ-  
cæ, postea Hebraicæ, ac demum Bononiæ  
Theologicis disciplinis operam da-  
bat, ubi etiam in omni scientiarum ge-  
nere adeo profecerat, ut eloquentia  
naturæ potius beneficio, quam studio  
aquisita præclarus inter ceteros suæ  
Congregationis Viros emineret, ac  
facundissimus Italiæ Orator audiret, at-  
que